



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Q. Septimii Florentis Tertvlliani Carthaginiensis  
Presbyteri, Opera Qvæ Hactenus Reperiri Potvervnt  
Omnia**

**Tertullianus, Quintus Septimius Florens**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M. DC. XVII.**

Argvmentvm In Q. Septimii Tertvlliani Librvm De Pallio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71872](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71872)





## ARGVMENTVM IN Q. SEPTI- MII FLORENTIS TERTVLLIANI LIBRVM DE PALLIO.

Per Emundum Richerium, Doctorem Theologum.

**V**ETRES Christiani, cum ipso viuendi gene-  
re, omnibusque actionibus ius, incessu, vultu,  
gestu, & totius corporis habitu, veritatem pie-  
tatemque singularem, quam religio Christi-  
ana commendat, pra se ferre cuperent: vesti-  
menta illa, quibus plus inerat modestia mi-  
nusque fastidii ac sumptus, merito elegerant.

Quocirca praeter interulam (hoc est, vestem  
quamdam laneam puram & simplicem) nullum ferme aliud vesti-  
mentum intrinsecus gestare, extrinsecus autem pallio tanquam mo-  
destiore & expe ditore indumento se contegere, omnesque nudis pedi-  
bus incedere, aut puris saltem & nullo plane artificio lucentibus cal-  
ceis uti consueuerant. Hinc autem accidebat ut illi maiorum gen-  
tium Christiani (quorum paupertate & sanctitate luxus & vitia  
hodierna iustentantur) ludibrio & despectui ab omnibus haberentur,  
& quoties in populi conspectum ventrent, statim aliquem de ritibus a  
& quibus in populi conspectum ventrent, statim aliquem de ritibus a  
& quibus in populi conspectum ventrent, statim aliquem de ritibus a  
Furiam auctor esset. Enimvero, ut toga quondam Romanis, ita pallium  
peculiariter erat Graecia populus: qui quoniam apud ceteras gentes male  
audiebant, per sidiacque, ambitione, superbia, & inconsistentia labora-  
re putabantur: ideo circa maiores nostris, omnes Graecorum vitia &  
sordes, una cum ipsorum pallio induisse, atque ista simplicitate ha-  
bitus, pietatem & sanctitatem mentiri ac simulare credebantur.  
Qua suspitione Tertullianum inter populares suos minime caruisse  
videmus: nam militia Christiana ab eo in scriptis, postquam abiecit  
toga pallium assumpsit, & in lucem ac praesentiam hominum prodit,  
itaque à toga ad pallium, ab equis ad aunos: quo ex scommate, vir  
doctissimus, componenda huius scholastica declamationis (breuissime  
quidem & obscurissime, sed rerum praesantissimarum varietate, &  
historiarum copia refertissima), occasionem mutuatus est.

Primum enim ubi Carthaginiensibus de nobilitate & felicitate  
institutorum ac inuentorum suorum congratulatus est, pallium ce-  
ruridem fuisse indumentum antiquissimum ostendit, ab eo solum tem-  
pore neglectum & depositum, quo ius ferenda toga ab Augusto  
Caesare concessum fuit: qua ex ratione, tacite videtur inferre, aequa  
toga Christianis, quam ipsi Africa populi pallium abicere li-  
cuisse.

Secundo, mutandarum vestium consuetudinem ipsius naturae in-  
stituti penitus confirmari declarat: quippe cum totum hoc vniuer-  
sum, quantum est, partes singule mundi, regna, imperia, nationes, or-  
bes, populi, & vario mutationum ludibrio aequaliter sint obnoxii.

Adit tertio, belluas, plumas, pellem, ferum, aetatem, & colorem  
vires immutare: hominemque ipsum (sive à Deo, sive à Deo calione  
vires) primo originis suae momento nudum ac inuisibilem existisse, &  
proinde vestim entis, quibus se contra aeri iniurias protegeret, indu-  
gisse: qua ex causa, variam & multiplex texendarum & succidarum  
vestium artificiose manasse designat.

Hinc quarto inferit, mutationes vestimentorum non eminus esse  
improbandas, nisi natura legi & instituto aduersetur: ex quo isti  
deinceps accessionem cum ad virorum, tum ad mulierum impudici-  
tiam, luxuriam & ambitionem, nec non etiam ad hypocritarum sacrile-  
gium, Ebraeorum criminandam parat: quorum certe morsus &  
spondidior ornatus, quam iste simplex & purus Christianorum mul-  
to magis damnandus est.

Vltimo, concludit pallii, hoc est, salutaris causa, non solum togam,  
verum etiam sceptrum & regna omnino excedenda esse: Deinde togam  
cum pallio, vtriusque officium & operam, tam in priuatum, quam  
in Reipublicae usum conferre, & explanat: tandemque multitudine caus-  
is, planis quidem & exploratis omnibus, pallium toga preferendum  
demonstrat.